



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

5. Ludus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

35. num. ad ma- exercen- imarum s genera- imoniū, n sufficit sacramē res, pza- a conce- uādo pa- nis solū ce ipsius, copus ve- mē suffi- o. Secut- e de pze- ge tācūm disp. 35. d- enus fa- edendū, adum de- pmit- sacerdos ieno fa- er fuisse us pro- mferatur, & ip- sos

fos contrahentes, *lib. 3. disp. 37. tota.* Quando verò agitur de rebus merè spiritualibus ad forum conscientiae spectantibus, credendum est, ut in sacramento confessionis, Eucharistiae, &c. *ibid. nu. 6.*

Ludus.

1 Ludens cum minori non tenetur restituere, dum minor vel tutor loco illius id non repetat coram iudice, ut beneficio restitutionis. Non poterit tamen uti beneficio restitutionis, si minor iuravit se soluturum, & non repetiturum, *lib. 6. disp. 38. n. 30.* Item habens aliquid à minori sine licentia curatoris, non tenetur restituere, donec minor laesus utatur beneficio restitutionis, *ibid. nu. 31.*

2 Ludens ludo prohibito, cui conceditur actio ad repetendum, non potest, ubi soluit, occulta compensatione uti, nisi quando talis esset laesio, ut alter citra omne dubium teneatur in foro conscientiae restituere ante omnem iudicis sententiam. Et quando non potest minor propria auctoritate recuperare, potest tuta conscientia non soluere, nec stare contractui, *lib. 6. disp. 38. nu. 32. 33. & 34.*

3 Vtrum autem, si contrahens cum minori laeso petenti beneficium restitutionis, neget, contractum coram iudice, minorque legitima probatione destitutus succumbat, peccet id negans, teneaturque restituere? non resoluit Doctor, *lib. 6. disp. 38. nu. 35.*